

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Supplementum omnium eorum, quae in veteri Breviario
Einsidlensi desiderantur quaeque per Novissimam Bullam
Clementis XII [...] sub regula s. P. Benedicti in tota
Germania militantibus die Nov. 1787 ...**

Klemens <XII., Papst>

[Ettenheimmünster], 1738

Appendix. Eorum quae in praecedenti supplemento sunt omissa

[urn:nbn:de:bsz:31-120349](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-120349)

APPENDIX

393.

Eorum, quæ in præcedenti Supplemen-
to sunt omiſſa.

Feria IV. Cinerum.

Omnia ut in Veteri Brev: excepto ſequenti Reſpon-
ſorio, quod dicendum eſt poſt III. Lectionem.

Rx. Credidit Abram Deo, et reputatum eſt ei
ad iuſtitiam. * Et ideo amicus Dei factus eſt.
X. fuit autem iuſtus coram Domino, et am-
bulavit in viis eius. * Et ideo. Gloria. * Et ideo.

Die 18 Ianuarii

Cathedra Petri Romæ. Dupl. Maius.

Omnia ut in Vet: Brev: præter ea, quæ ſequentur:

In I. Vesperis dicitur Rx. breve. Elegit eum Domi-
nus ꝑ ut in i. Vesp. Confessoris Pont.

Rx. io. propter mutationem aſteriſci, ſic eſt di-
cendum: Rx. Elegit te Dnus ſacerdotem ſi-
bi, * ad ſacrificandum ei hoſtiam laudis.

X. Immola ꝑ.

In II. Vesp. Rx. br: Elegit eum ꝑ X. Tu es Petrus ꝑ
ut in primis Vesp. Reliqua ut in Veteri Brev.
notantur, excepta cõmemoratione Canuti,
cuius loco fit com: de S. Agathone.

Die 19. Febru:
S. Hilarü Ep. et Conf.

¶ *Emid:*

Omnia ut in Veteri Brev: die 14. Ianuarii,
præter ea, quæ sequuntur. Meruit supremos,
dic. in Hymno. In III. Noct. Lectio IX.

Lectio Sancti Evangelii secundum
Mathæum.

In illo tempore: dixit IESUS discipulis suis
Vos estis sal terræ. Quod si sal evanuerit,
in quo salietur? Et reliqua.

Homilia Sancti Hilarii Episcopi.

Coment: in
math. c. 5.

Vos estis sal terræ: quod si sal infatuatum
fuerit, ad nihilum valet id, quod salietur.
Sal, ut arbitror, terræ nullum est, Quo-
modo ergo Apostolos sal terræ nuncupa-
vit? Sed proprietas est quærenda dicto-
rum, quam et Apostolorum officium, et ip-
sius salis natura monstrabit.

10 si lnt 3. habeat
lect. 9. et 10
convergunt

Rx. Amavit eum. f. 158.

Lectio X.

Sal est in se uno continens aquæ, et ignis

395.
elementum, et hoc ex duobus est unum.
Hic igitur in omnem usum humani gene-
ris effectus, incorruptionem corporibus,
quibus fuerit aspersus, impertit, et ad
omnem sensum conditi saporis aptissimus
est.

Rx. In medio. f. 158.

Lectio XI.

Apostoli autem sunt rerum caelestium præ-
dicatores, et æternitatis velut satores, im-
mortalitatem omnibus corporibus, quibus
eorum sermo aspersus fuerit, conferentes.
Merito igitur sal terræ nuncupati sunt,
per doctrinæ virtutem salendi modo æter-
nitati corpora reservantes.

Rx. Iste sanctus. f. 159.

Lectio XII.

Sed natura salis semper eadem est, nec im-
tari unquam potest. Verum quia conversio-
ni homo subiacet, et solus beatus, qui usque
ad finem in omnibus Dei operibus perman-
serit: ideò eos sal terræ nuncupatos monet

396. in traditæ sibi potestatis virtute per-
sistere, ne infatuati nihil saliant, et ipsi,
sensu accepti saporis amisso, vivificare cor-
rupta non possint, et proiecti de Ecclesiæ
promptuariis cum iis, quos salierint, pe-
dibus incedentium proterantur.

Rx. Elegit te. f. ibi.

Evangel. Vos estis sal terræ ꝑ de Comuni Doctorū.

20. Feb. V. in d. 11
concl. Iacob
scrip. in f. 1. ad
l. 6. ul. in quædã
19. Jan. omnia
l. 1. de com. M. M. m. 11
al. f. 1. f.
In 1. v. 1. a. 1. c. 1.
de h. i. con. 1. h.
21. Feb. J. N. N. N. N.
ul. con. 1. 1. f. 1. f.
omnes l. 1. 1. 1. 1. 1. 1.
J. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1.
de f. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1.
et 1. 1. 1.

7

Deus, qui beati Philippus Confessoris tui
Sanctorum tuorum gloria sublimasti:
concede propitius; ut cuius
solemnitate letamur, eius
virtutum proficiamus
exemplo. Per Dominum.

Oratio

Die 28. Maii
S. Philippi Nerii Conf: Dupl.
Notandum, quod Oratio, ~~in Veteri Brev: Part: Vern: die 26. Maii~~ dicta
tut ut in Veteri Brev: Part: Vern: die 26. Maii.
Lectio V. In II. Noct:
Charitatis Dei in mentibus

Die 29. Maii.

S. Philippi Nerii Conf. Dupl.

Oratio ⁱⁿ in Veteri Brev: Part: Vern: die 26. Maii.

In Hymno Meruit supremos.

In II. Noct: Lect: V.

Philippus Nerius, piis honestisque Paren-
tibus Florentiæ natus, ab ipsa ineunte

ætate non obscura dedit futuræ sanctita-^{397.}
tis indicia. Adolescens, amplâ Patruï hæ-
reditate dimissâ, Romam se contulit, ubi
Philosophiâ, ac sacris litteris eruditus to-
tum se Christo dicavit. Eâ fuit abstinentiâ,
ut sæpe ieiunus triduum permanserit. Vi-
giliis, et Orationibus intentus, septem Ur-
bis Ecclesias frequenter visitans, apud Cœ-
meterium Callisti in cœlestium rerum con-
templatione pernoctare consuevit. Sa-
cerdos ex obedientia factus in anima-
rum salute procuranda totus fuit, et in
Confessionibus audiendis ad extremum
usque diem perseverans, innumeros pe-
nè filios Christo peperit; quos verbò Dei
quotidiano pabulo, Sacramentorū fre-
quentia, orationis assiduitate, aliisque
piis exercitationibus enutrirî cupiens,
Oratorii Congregationem instituit.

RX. Honestum fecit. f. 22.

Charitate Dei vulneratus languebat iugiter: tantoque cor eius aestuabat ardore, ut, cum intra fines suos contineri non posset, illius sinum, contractis, atque elatis duabus costulis, mirabiliter Dominus amplia-
verit. Sacrum verò faciens, aut ferventius orans, in aëra quandoque sublatus, mira undique luce fulgere visus fuit. Egenos et pauperes omni charitatis officio prosequabatur: dignus, qui et Angelo in specie pauperis eleemosinam erogaret, et dum egentibus noctu panem deferret in foveam lapsus, inde pariter ab Angelo incolumis eriperetur. Humilitati addictus, ab honoribus semper abhorruit, atque Ecclesiasticas dignitates etiam primarias non semel ultro delatas constantissimè recusavit.

Rx. Amavit eum ꝑ f. 24.

Prophetia do
sensibus pen
ginitatem pe
gsecutus est
ex odore, qu
ceret. Absen
periclitantib
mos, et mon
Mortuum q
lestium Spiri
nis frequen
ac plurimor
sas in caelum
Rx. Iste h
Denique ann
mo nonagesim
nias (in quen
ris Christi)

Lectio VII.

399.

Prophetiæ dono fuit illustris, et in animorū
sensibus penetrandis mirificè enituit. Vir-
ginitatem perpetuò illibatam servavit: idq̄
assecutus est, ut eos, qui puritatem colerent,
ex odore, qui verò secus, ex foetore dignos-
ceret. Absentibus interdum apparuit, iisq̄
periclitantibus opem tulit. Ægrotos pluri-
mos, et morti proximos sanitati restituit.
Mortuum quoque ad vitam revocavit. Cæ-
lestium Spirituum, et ipsius Deiparæ Virgi-
nis frequenter fuit apparatione dignatus,
ac plurimorum animas splendore circumfu-
sas in cælum conscendere vidit.

R̄. Iste homo perfecit. f. 25.

Lectio VIII.

Denique anno salutis millesimo quingentesi-
mo nonagesimo quinto, Octavo Kalendas Ju-
nias (: in quem diem inciderat festum Corpo-
ris Christi:) Sacrò maxima spiritûs exulta-

400.

tione peracto, cæterisque functionibus ex-
pletis, post mediam noctem, qua prædixerat
horâ, octogenarius obdormivit in Domino.
Quem Gregorius Decimus Quintus miracu-
lis clarum in Sanctorum numerum retulit.

Rx. Desiderium animæ .f. 27.

In III. Noct. Homil: in Evang: Sint lumbi y.

In II. Vesp. com: sequ: et S. Felicis P.m. Anã: Lux
perpetua. X. Sancti. Orat: Infirmitatem.

Oratio.

Deus Virginitatis
Amor, qui beatam
Mariam Magdalena
Virginem, tuo amore
succensam, celestibz
donis decorasti: da,
ut quam festiva ce-
lebritate veneramur,
puritate, et charitate
imitemur. Per Dñum.

Die 30. Maii.

S. Mariæ Magdalena de Pazzis
Virg: Semidupl.

Omnia ut in Veteri Brev: Parte Vernali. 25. Maii

f: 650. præter ea, quæ sequuntur.

Let. i. hom. de virginibz, ubi fact. dicitur de dom.

In II. Noct: Lectio V.

Maria Magdalena illustriori Pazziorum ge-
nere Florentiæ nata, ferè ab incunabulis iter
perfectionis arripuit. Decennis perpetuam
Virginitatem vovit, susceptoque habitu in
in Monasterio Sanctæ Mariæ Angelorum Or-
dinis Carmelitarum se omnium virtutum

exemplar exhibuit. Adeò casta fuit, ut, quid-
quid puritatem ledere potest, penitus ignorave-
rit. Quinquenium Deo iubente, solo pane et a-
qua transegit, exceptis diebus Dominicis, qui-
bus cibus quadragesimalibus vescabatur. Cor-
pus suum cilicio, flagellis, frigore, inedia, vi-
giliis, nuditate, atque omni pœnarum genere
cruciabat. R. Propter veritatem. f. 52.

Lectio VI.

Tanto igne divini amoris aestuabat, ut ei fe-
rendo impar, ingesta aqua pectus refrigera-
re cogeretur. Extra sensus frequenter rap-
ta, diuturnas, et admirabiles extases passa
est, in quibus et arcana cœlestia penetravit,
et eximiis à Deo gratiis illustrata fuit. His
autem munita longum certamen à principi-
bus tenebrarum sustinuit, arida, desolata, ab
omnibus derelicta, variisque tentationibus
vexata, Deo sic permittente, ut invictæ patien-
tiæ, ac profundissimæ humilitatis exempla

402. præberet. *Rx. Dilexisti iustitiam. f. 53.*

Lectio VII.

Charitate erga proximum singulariter enituit; nam sæpe noctes ducebat insomnes, vel obeundis Sororum ministeriis, vel inserviando infirmis occupata; quarum aliquando ulcera lambens sanavit. Infidelium, et peccatorum perditionem amarè deflens, se ad quolibet pro illorum salute tormenta paratam offerebat. *Rx. Prudentes Virgines. f. 54.*

Lectio VIII.

Multis ante obitum annis universis cæli deliciis, quibus copiosè affluebat, heroica virtute renuntians, illud frequenter in ore habebat: *Pati, non mori.* Tandem longa, et gravissima infirmitate exhausta transivit ad Sponsum die vigesima quinta Maii, Anno millesimo Sexcentesimo septimo, expleto anno quadragesimo primo ætatis suæ. Eam multis invitata, et post mortem miraculis claram Clemens Nonus sanctarum Virginum numero

adscript, cuius corpus in præsentem diem ^{403.}
in corruptum conservatur. *R. Afferen-*
tur Regi. f. 55.

In III. Noct. Homil: in Ev: de io. Virginibus.
Lect: iz. de s. Felice. f. 655.

Die 15. Junii.

SS. Viti, Modesti, atque Crescentiæ
Martyrum. Duplex.

Oratio ut in Veteri Brev: Part: Æstiv: f: 345.

Reliqua ut in Comuni plurim: Mart: præter ea,
quæ sequuntur.

In II. Noct: Lect: V.

Vitus admodum puer inscio patre baptizatus
est: quod cum ille rescivisset, nihil prætermisit,
quo filium à Christiana Religione removeret.
Qua in voluntate permanentem, Valeriano
judici verberibus castigandum tradidit. Sed
nihilominus in sententia persistens, patri reddi-
tus est. Sed dum eum pater gravius punire
cogitat, Vitus Angeli monitu, comitibus Mo-
desto et Crescentiâ, eius educatoribus,

migrat in alienas terras. *Rx. Sancti tui Domine. f. 258.*

Lectio VI.

Ibi eam sanctitatis laudem adeptus est, ut eius famâ ad Diocletianum perlatâ, ipsum Imperator accerseret, ut filium suum à dæmone vexatum liberaret, quo liberato, cum ei amplissimis præmiis ingratus Imperator, ut Deos coleret, persuadere non potuisset, unâ cum Modesto et Crescentia vinculis constrictum mittit in carcerem.

Rx. Verbera carnificum. f. 259.

Lectio VII.

Quos ubi constantiores esse comperit, demitti iubet in ingens vas liquato plumbo, ferventi resinâ, ac pice plenum: in quo cum triû Hebræorum puerorum more Divinos hymnos canerent, inde erepti leoni obüciuntur; qui prosternens se eorum pedes lambebat.

Rx. Tanquam autum. f. 260.

Lectio VIII.

Quare inflammatus irâ Imperator, quòd

405.
multitudinem videbat miraculo commoveri,
eos in catastra sterni iubet, et ita cædi eorū
membra, atque ossa divelli. Quo tempore
tonitrua, fulgura, magnique terræ motus
fuere, quibus templa deorum corruerunt,
et multi oppressi sunt. Eorum reliquias
Florentia nobilis femina unguentis condi-
tas honorificè sepelivit.

R. Certamen magnum. f. 261.

Lectiones III. Nocturni cum suo Evangelio ut
supra f. 212.

Die 30. Augusti.
S. Rosæ à s. Maria Virginis Limanæ
Duplex.

Omnia ut in Veteri Brev. Parte Æstiv. f. ⁷⁵ccXXXV. aut cccxxv
præter ea, quæ sequuntur:

oratio. Protono omni concludit. Sic tenet
In II. Noct. Lect. V.

lect. ad p. h.
lib. b. i. n. o.

Primus Americæ meridionalis flos sancti-
tatis Virgo Rosa, Christianis parentibz Li-
mæ progenita, mox ab incunabulis claruit
futuræ sanctitatis indiciis; nam vultus in-

fantis mirabiliter in rosæ effigiem transfiguratus huic nomini occasionem dedit: cui postea Virgo Deipara cognomen adiecit, iubens vocari deinceps Rosam à sancta Maria. Quinquennis votum perpetuæ Virginitatis emisit. Adultior, ne à parentibus ad nuptias cogereetur, clam sibi met venustissimam capitis cæsariem præscidit. Ieiuniis supra humanū modū addicta, integras Quadragesimas transegit, pane abstinens, ac dietim solis quinq; granulis mali citrini victitans.

Rx. Propter veritatem. f. 12

Lectio VI.

Habitu Tertii Ordinis sancti Dominici assumpto, pristinas vitæ austeritates duplicavit: oblongo asperrimoque cilicio sparsim minusculas acus innexuit: sub velo coronam densis aculeis introrsus obarmatam interdium, noctūque gestavit. Sanctæ Catharinæ senensis ardua premens vestigia.

407.
catenâ ferreâ, triplici nexu circumducta lum-
bos cinxit. Lectulum sibi è truncis nodosis
composuit, horumque vacuas comissuras frag-
minibus testarum implevit. Cellulam sibi
angustissimam struxit in extremo horti angu-
lo, ubi coelestium contemplationi dedita, cre-
bris disciplinis, inedia, vigiliis corpusculū ex-
tenuans, ac spiritu vegetata, larvas dæmonū,
frequenti certamine victrix impavidè protri-
vit, ac superavit.

Rx. Dilexisti iustitiam. f. 53.

Lectio VII.

Aegritudinum tormentis, domesticorum in-
sultibus, linguarum morsibus dirè agitata, non-
dum satis pro merito se affligi querebatur. Per
quindecim annos ad plusculas horas desolatio-
ne spiritûs, et ariditate miserrimè contabes-
cens, forti animo tulit agones omni morte ama-
riores. Exinde coepit supernis abundare de-
licius, illustrari visionibus, colliquescere seraphi-
cis ardoribus. Rx. Prudentes Virgines. f. 54.

Angelo tutelari, sanctæ Catharinæ Senensi, Virgini Deiparæ inter assiduas apparitiones mirè familiaris, à Christo has voces audire meruit: Rosa cordis mei tu mihi sponsa esto. Denique Sponsi huius paradiso feliciter invec- tam, plurimisque ante et post obitum miracu- lis coruscam Clemens Decimus Pontifex Maxi- mus sanctarum Virginum catalogo ritu so- lemni adscripsit.

R. Afferentur Regi. f. 55.

In 3. mont. p. 1. Greg. in Evang. I. p. 1. C. 1. Virginitatis
Lectio 12. de Felice et Adaucto ut f. 553. nisi
venerit in Dominica. *Veft. a. cap. de seq. con. ju. b.*

Die 5. Septemb.

S. Laurentii Iustiniani Ep. et Conf:
Semidup. ad libitum.

Si inciderit in Dominicam, vel in diem infra Octa-
vam, omittitur, cum non sit transferendum.

Oratio: Da quæsumus ꝑ de Comuni. In Hymno Me-
ruit supremos.

In II. Noët: Lectio V.

Laurentius ex illustri Iustinianorū familia

*In quædam A. corr
62. ora ut ibi
hnt. Cat. vi. conat
infra. d. v. 1. in
Ecl. vi. d. 1. con
p. m. v. 1. obdormit
in d. x. in d. 1. in
reliqua. p. 1. in
Lect. va
Veft. de seq. con.
1. 0. 2.*

Venetiis natus eximiam vel puer morum
 gravitatem præsetulit. Exactâ inter pieta-
 tis officia adolescentiâ ad castum Verbi Dei
 et animæ connubium à Divina Sapientia in-
 vitatus de Religiosæ vitæ instituto capessen-
 do deliberare cœpit. Novæ itaque militiae
 clam proludens, præter alias corporis afflicta-
 tiones super nudos cubabat asseres, sedensque
 velut arbiter hinc inter seculi blandimenta,
 paratâsque à matre nuptias, illinc claustra-
 les inter austeritates oculis in Christi patien-
 tis Crucem conversis: Tu, inquit, es Domine
 spes mea, ibi posuisti certissimum refugium
 tuum; ad Canonicorum sancti Gregorü in
 Alga Congregationem convolavit, ubi novis
 excogitatis cruciatibus acrius in seipsum,
 veluti in hostem infensissimum, instaurans
 bellum, nullam adeo sibi oblectationem in-
 dulgebat, ut ne in domesticum umquam hor-
 tum, nec in paternam quidem domum, nisi
 cum morienti matri extrema pietatis officia

siccis oculis persolvit, exinde intraverit. Par erat obedientiæ, mansuetudinis, ac præcipuè humilitatis studium cum abiectissima quæque Cænobii munia sibi ultro desumeret, celeberrima per urbis loca, non tam victum, quàm ludibria emendicaret, illatâsque contumelias, ac calumnias immotus, ac silens perferret; assiduæ præsertim orationis subsidio, qua sæpe per mentis excessum rapiebatur in Deû, tantoque cor eius æstuabat ardore, ut nutantes etiam sodales ad perseverantiam, ac IESU Christi amorem inflammaret.

R. Inveni David. f. zi.

Lectio VI.

Ab Eugenio Quarto patriæ Episcopus designatus, quem magna contentione honorem detrectaverat, maiori gessit cum laude; nam consueta vivendi ratione nihil admodum immutata, paupertatem, quam semper coluerat, in mensa, suppellectili, ac lecto perpetuò retinuit; modicam domi alebat familiam, quòd grandem alteram sibi esse diceret, pauperes

*Christi signi
ra, præsto
ritate allev
no gravare
rogatus, qua
pro me dibe
Spem autem
dentia sub
clarabat. F
struxit, que
nem suâ v
seculi pom
dis, Eccle
mandis m
qui ab eod
sulum cor
à Nicolao
è Grateni
Patriarcha
R. Pope
Lacrymaru*

Christi significans. Quacunq̄ adiretur ho.^{4.ii.}
râ, præstò omnibus erat, paterna omnes cha-
ritate allevabat, non renuens, vel ære se alie-
no gravare, dum illorum ne inopiæ deesset;
rogatus, qua spe id faceret? Domini mei, qui
pro me dissolvere facilè poterit, respondebat.
Spem autem non confundere Divina Provi-
dentia submissis inopinato subsidüs, iugiter de-
clarabat. Plura Virginum Monasteria con-
struxit, quas etiam ad perfectioris vitæ ratio-
nem suâ vigilantia composuit. Matronis à
seculi pompis, et ornatüs vanitate revocan-
dis, Ecclesiasticæ disciplinæ, ac moribus resor-
mandis maximoperè studuit; dignus sanè,
qui ab eodem Eugenio gloria et decus Præ-
sulum coram Cardinalibus vocaretur, et qui
à Nicolao quinto eius Successore, translato
è Grateni civitate titulo, primus Venetiarum
Patriarcha renuntiaretur.

Rx. Populi adiutorium. f. 32.

Lectio VII.

Lacrymarum dono insignitus omnipotenti Deo

placationis hostiam quotidie offerebat, quod cum aliquando nocte Dominicae Nativitatis perageret, Christum IESUM sub pulcherrimi infantis specie videre promeruit: tantumque in eo erat commissi gregis praesidium, ut caelitus aliquando acceptum fuerit, Pontificis sui intercessione, ac meritis stetisse Rempublicam. Propheticae spiritu afflatus, plura humanae cognitioni prorsus impervia praedixit: morbos, ac daemones suis precibus saepe fugavit: libros etiam coelestem doctrinam ac pietatem spirantes, Grammaticae penè rudis, conscripsit. Denique cum lethalem incidisset in morbum, et commodiorem domestici lectum seni, atque aegro pararent, averfatus eiusmodi delicias, tanquam à durissima morientis Domini sui Cruce plus nimio abhorrentes, consueto in stramine se iussit deponi, et finem vitae suae adventare praenoscens, sublatis in caelum oculis: Venio, inquit, ad te, o bone IESU; ac die octava Ianuarii obdormivit in Domino. R. Iste est, qui ante. f. 33.

Lectio VIII.

Pretiosam eius mortem testati sunt Angelici

concentus à Carthusianis quibusdam Monachis ^{413.}
auditi, et Sacrum cadaver per duos ultra men-
ses inhumatum suavi fragrans odore, et rubes-
cente facie integrum, atque incorruptum, ac
nova post mortem patrata miracula, quibz per-
motus Alexander Octavus Pontifex Maximus
eum in Sanctorum numero adscripsit: Innocen-
tius verò duodecimus quintam Septembris diē,
qua Vir Sanctus ad Pontificiam primò Cathe-
dram fuerat evectus, celebrando illius festo
assignavit. R. Iustum deduxit. f. 35.

In III. Noct: Homilia: Homo peregrè proficiscens.

Die 2. Decemb.

S. Bibianæ Virg. et Mart: Semid.

Omnia ut in Veteri Brev: Parte Autumn: f. 510.
Parte verò Hyemali f. 459. præter Lectiones sequ.

In II. Noct. Lect: V.

Bibiana Virgo Romana nobili genere nata
Christiana fide nobilior fuit; eiꝰ enim Pater
Flavianus sub Iuliano Apostata impiissimo ty-

Lect v
finis ad verby
calva urbe
capite, lena est
ad legit prætant
ad Lect vi

414. ranno *Expræfektus*, servilibusque notis
compunctus ad aquas Taurinas deportatus,
Martyr occubuit. Mater *Dafrosa* et fi-
liæ primùm conclusæ domi, ut inediã con-
ficerentur, mox relegata mater extra ur-
bem capite plexa est.

R. Propter veritatem. f. 52.

Lectio VI.

Mortuis autem piis parentibus *Bibiana*
cum sorore sua *Demetria* bonis omnibus
expoliatur. *Apronianus* Urbis prætor,
pecuniis inhians, sorores persequitur,
quas humana prorsus ope destitutas, Deo
mirabiliter, qui dat escam esurientibus, e-
nutriente, cum vivaciores, vegetiorésque
conspexisset, vehementer est admiratus.
Suadet nihilominus, ut venerentur Deos
gentium, amissas ideò opes, Imperatoris
gratiam, præclarissimas nuptias consecu-
turæ. Si secus fecerint, minatur carceres,
Virgas, secures. R. Dilexisti iustitiam. f. 53.

Lectio VII.

415

At illæ neque blanditiis, neque minis à rec-
ta fide declinantes paratæ potiùs mori,
quàm foedari moribus Ethnicorum, Præto-
ris impietatem constantissimè detestantur.
Quare Demetria ob oculos Bibianæ repen-
tè corruens obiit in Domino. Bibiana Ru-
finæ mulieri vaferrimæ seducenda tradi-
tur; quæ ab incunabulis edocta Christianas
leges, et illibatum servare Virginitatis florem,
seipsa fortior, fœminæ superavit insidias, et
prætoris astus delusit.

R. Prudentes Virgines. f. 54.

Lectio VIII.

Nihil autem proficiente Rufina, quæ præter
dolosa verba, illam quotidie verberibus affli-
gebat, ut de sancto proposito dimoveret: spe-
sua frustratus Prætor, accensus irâ, quod in Bi-
biana perdidisset operam, à lictoribus eam de-
nudari, vinctisque manibus columnæ alligari, eam-
que plumbatis cædi iubet, donec efflaret animam.

Cuius Sacrum Corpus obiectum canibus, bi-
duo iacuit in foro tauri, illæsum tamen, et di-
vinitus servatum: quod deinde Ioannes Pres-
byter sepelivit noctu iuxta sepulchrum sororis
et matris ad palatium Licinianum, ubi usque
in præsens extat Ecclesia Deo sanctæ Bibianæ
nomine dicata: quam Urbanus Octavus instau-
ravit, sanctarum Bibianæ, Demetriæ, et Dasfro-
sæ Corporibus in ea repertis, et sub Ara maxi-
ma collocatis. *R. Afferentur Regi. f. 55.*

Die 3. Decemb.

S. Francisci Xaverii Conf. Dupl.

Omnia ut in Veteri Brev. Parte Hyemali f. 460. præ-
ter ea, quæ sequuntur. *Iai. Noct: Lect: de Scriptura.*
In Hymno dicitur: Meruit secreta scandere cæli.
si 3^{to} Decembris celebretur, non verò si transferatur.

In II. Noct: Lectio V.

*Leit. Septimo
en Leit. or. abbe
prohibito spi
mitte poppon
offlaty l. b. v. fig
d. verba Demid
in Linciano
à quibz mupid
Leit. is.*

Franciscus in Xaverio Diæcesis Pampelonensis
nobilibus parentibus natus, Parisiis sancto Ig-
natio sese comitem, et discipulum iunxit. Ipso
Magistro eò brevi devenit, ut in rerum Divi-

narum contemplatione defixus, à terra aliquando sublimis elevaretur: quod illi sacrificanti coram populi multitudine aliquoties evenit. Has animi delicias magnis sui corporis cruciatibus merebatur; nam interdicto sibi non carnis solum et vini, sed panis quoque triticei usu, vilibus cibis vesci solitus, per biduum subinde, triduūque omni prorsus alimento abstinuit. Ferreis in se flagellis ita sæviit, ut sæpè copioso cruore difflueret; somnum brevissimum humi iacens carpebat.

Rx. Honestum fecit. f. 22.

Lectio VI.

Vitæ austeritate, ac sanctitate Apostolico muneri iam maturus, cùm Ioannes Tertius Lusitaniæ Rex aliquot nascentis Societatis viros à Paulo Tertio pro Indiis postulasset, sancti Ignatii hortatu ab eodem Pontifice ad tantum opus cum Apostolici Nuntii potestate deligitur. Eò appulsus, illico variarum Gentium

difficillimis, et variis linguis divinitus instructus apparuit. Quin eum quandoque unico idiomate ad diversas Gentes concionantem, unaquæque suâ linguâ loquentem audivit. Provincias innumeras pedibus semper, et saepe nudis, peragravit. Fidem Iaponiæ, et sex aliis Regionibus invexit. Multa centena ~~millia~~ hominum millia ad Christum in Indiis convertit, magnosque Principes, Regesque complures sacro Fonte expiavit. Et, cum tam magna pro Deo ageret, ea erat humilitate, ut Sancto Ignatio, tunc Præposito suo, flexis genibus scriberet. *Rx. Amavit eum. f. 24.*

Lectio VII.

Hunc dilatandi Evangelii ardorem multitudine, et excellentiâ miraculorum Dominus roboravit. Cæco visum reddidit. Tantum marinæ aquæ signo Crucis convertit in dulcem, quantum quingentis vectoribus, qui siti adigebantur ad mortem, diu suffecit; qua in varias

quoque Regiones asportatâ, ægri plurimi subitò curati sunt. Plures mortuos revocavit ad vitam, inter quos pridie sepultum, erui iussu è tumulo, suscitavit; duosque alios dum efferrentur, apprehensa eorum manu, parentibus è feretro vivos restituit. Prophetiæ spiritu passim afflatus, plurima et loco, et tempore remotissima enuntiavit.

Rx. Iste homo perfecit omnia. f. 25.

LECTIO VIII.

Demum in Sanciano Sinarum insula die secunda Decembris obiit plenus meritis, laboribusque confectus. Demortui cadaver viva calce per multos menses bis obrutum, sed penitus incorruptum, odore, et sanguine manavit; et ubi Malacam delatum est, pestem savissimam confestim extinxit. Denique ubique terrarum novis, maximisque fulgentem miraculis, Gregorius Decimus quintus Sanctis adscripsit. Rx. Desiderium animæ. f. 27. Reliqua ut in Veteri Breviario.

Reliqua ut in Veteri Breviario.

420.

¶ Sed Octava lectio
finiatur his verbis:
Ubique terrarum
religiosissime co-
latur. Subsequentia
omittantur.

Die 10. Junii

S. Margaritæ scot: Reg: Vid: sem.

Omnia ut in Vet: Brev: ¶ Sed in Octava Lectio-
ne hæc verba: "Cuius festum ab eodem
Pontifice concessum Innocentius Undeci-
mus ad Octavo Idus Julii transferri ius-
sit.) omittantur.

In Festo Angelorum Custodi.

Immediatè Ante diem Octavam huius festi habetur hæc
Rubrica: "Si dies Octava ss. Angelorum Custo-
dum incidit in festum Nativitatis B.V. Mariæ,
fit de Nativitate cum comemoratione Octavæ:
Si verò occurrat in festo Nominis Mariæ,
officium fit de Octava ss. Angelorum, et
festum ss. Nominis transfertur ad primam diem.
non impeditam.